Quelle: http://manuscripta.at/?ID=957
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Huni: bulgaros & pannonia eijciunt

Grimaldus rex longobardorum cum dagobrto pacis
firmissime fedus init. Quod cum profugus bertarius cognouisse
metuens grimaldum egressus a gallia ad britanniam insulam propera-
re disposuit. Interea grimaldus moritur. Cumque iam bertarius na-
uum ingressus aliquantum per pelagus nauigasse uox a litore
audita est. Reuertatur berthari in patriam suam quia tercius dies est
hodie quod grimaldus rex mortuus est. Qui statim reuersus
regnum longobardorum optinuit atque cum brtum filium suum con-
sortem regni facit. Agathone pp decedente leo iunior locum
eius obtinuit. Post hunc benedictus ordinatur. Dagobrtus rex cum
sclauis conflixit eosque superauit. Quibus tempore erat dux nomine samo.
Wasconesque ferro compescuit rebellantes. Huni & uulgares
inter se prelia consertur. huni uulgares superant. Qui deuicti &
de pannonia expulsi viiii cum uxoribus & liberis regem dago-
brtum expetunt terram ad manendum requirunt. Quos rex ad
hiemandum in bauaria recipere precepit. dispersosque per domos omnes
una nocte cum mulieribus & liberis interficere fecit. Circa hec
tempora defuncto siseboto rege hispanie sisemandus quidam ex
proceribus dagobrtum regem expetuit ut ei auxilium ferre quati-
nus regnum hispanie optinere posse. In huius beneficii re-
compensatione missorium aureum regi dare promittit. pensantem
auri pondera quinquaginta. Rex exercitum misit. cum abundan-
tio & uenerando ducibus. regnumque uiribus francorum si-
senandus obtinuit. Missorium gothis contradicentibus non
transmisit. sed ducentos mille solidos pro missorio regi da-
gobrto persoluit. Quod argentum rex sancto dyonisio dedit. He-
dildrudis regina & uirgo apud anglos clara habetur. Sapientia

Huni & Bulgares

Gens sarracenorum ex egipto in affricam cum nimia
multitudine pergens obsessam cartaginem cepit &
crudeliter depopulatam. ad solum usque prostrauit. Iustinianus